

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 191

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 455.

Cod. CXCI. n. 1. 2.

455.

Cod. CXCI.

Chartac. Fol. Sec. 13.

2
3. 4.

1

Sermones tres
de Dedicacione
templi.

1a-8a

Sermones tres de Dedicacione templi; primus
incipit: "Vidi civitatem sanctam etc. sicut in
" veteri testamento. Secundus: "Audivi vocem
" de throno etc. cum quanta solemnitate."
" tertius: "Vidi civitatem sanctam etc. Non so-
" lum in scripturis sacris."

2

Joanni de Fonte
Compend. II libri
Sententiarum.

13a-249a

(a) supple:
haberent.

Joannis de Fonte Compendium II libri Sen-
tentiarum. Rubrica, qua praefaminis loco po-
nitur, incipit: "Ad preces studentium dum
" essem lector in monte presulano et ut fra-
" tres pauperes sub compendio sententiarum li-
" brorum sententiarum (a) Ego frater Johan-
" nes de fonte ordinis minorum fratrum per
" modum conclusionum sententiarum dis-
" tinctionem quamlibet ejusdem voluminis re-
" collegi et in presenti libro incipiunt con-
" clusiones 2^{ae} subdens communiter in quibus
" magister a doctoribus non tenetur." Com-
" mentarius autem inchoatur: "Creationem
" distinctio prima continet conclusiones octo.
" Et his patereit Compendium libri I sententi-
" arum, quod extat in Codice CXLIII. n. 1.
" ejusdem esse Joannis de Fonte, uti et am-
" pendium libri tertii sententiarum, de
" quo infra. Editiones perantiquas receperunt
" quidem Semiller in Invenab! typogr. Bibl.
" Ingolstadt: Fase. I. p. 127. et Lapp. in Anz. 2.
" Anz. 2. p. 146. Coeterum

456.

Cod. CXCI. n. 3.

authoris nostri apud librorum censores nul-
lum deprehendi vestigium.

3

S. Bonaventura
Incendium
amoris.

250a-257a

S. Bonaventura Incendium amoris. Aubi-
ca quidem praecedens est haec: "Incipit bona-
ventura stimulus conscientie vel secundum
alium titulum tractatus graduum quibus per-
venitur ad veram sapientiam"; red eum tot
ac tantos praesens opusculum jam tulit titu-
los, cum aliis omnibus praeferre placuit,
quem et ipse author libro suo tribuit, et
editores opp. S. Bonaventura sup. 1888. Fol.
T. VI. p. 184 secuti sunt. Prologi duo, qui ha-
bentur in praegata editione, in codice nostro
desunt. Initium ipsius operis est: "Ecce
devenisse tibi eam tripliciter." Contuli cum
editione, hancque a nostro Ms. in pluribus
praesertim circa finem deviare deprehendi.

Genuinum S. Bonaventura partum exhiberi
videtur in Prologo ad opp. S. Bonaventura
Lib. 8. part. 1. Cap. 2. §. 6. col. 553. In calce
librarius noster haec adiecit: "Explicit sti-
mulus conscientie seu tractatus graduum
Incipit liber de stimulo amoris in dulcissi-
mum et pyssimum Ierum Salvatorem nostrum
et habet tres partes In prima agitur de glo-
riosa passione In 2da de his que ad contem-
placionem disponunt In tertia de contem-
placionis quiete et vetera." Unde

Cod. CXCI. n. 4. 5.

457

4

Eiusdem Stimuli
de amoris?

257a-271b

Eiusdem Stimulus amoris sequitur, qui inci-
pit: "Currite gentes undique". Verum hunc
stimulum ab Henrico de Palma non autem a
S. Bonaventura elaboratum, seu potius compila-
tum esse, iam in Cod. CXLII. n. 1. ostendimus.

5.

Joan: Aursick
de Friburgo Confessionale.

271b-297a

Joannis Aursick de Friburgo Confessionale.
Absque ullo titulo incipit prologus: "Simpli-
ciores et minus expertos confessores de modo
audiendi confessiones informare cupiens: "Ope-
ris ipsius initium est: "Cum aliquis suam
petit confessionem audiri". Hujus confes-
sionalis authorem esse Joannem de Friburgo,
cognomine Aursick luculenter ostendit
Cunctis Script. Ord. Praed. T. I. p. 525. ubi
de eo hanc fert censuram: "Quod opusca,
cum curiosum, ritus enim quo ea aetate fie-
bat confessio refertur ab hujus vocati, rati-
one paulo diversus. Primum sacerdos et poeni-
tens simul genuflexi orabant, tum excom-
municationis dabatur absolutio, postea poe-
nitens sedens ad latus sacerdotis confite-
batur peccata, genuflexo denique sacer-
dos sedens poenitentiam imponebat".
Bibliotheca quoque Taurinensis Codd. mss.
T. II. p. 40. col. 2. idem exhibet confessiona-
le cum expresso authoris nomine.

Joannes de Friburgo cognomine Aursick
dictus etiam lector, et Teutonicus Ord. Praed.
floruit circa annum 1320. bene ut notat
Fabric: Bill. n. 8 i. latin. T. II. p. 204 distin-
guendus a Johanne Teutonico Seniore, qui

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 191

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 458.

458.

Cod. CXCII. n. 5.

ex Episcopo Rosunensi aō 1247 Magister Ord.
Dominican: gntis fato funitus est aō 1257: /
Licet addere eundem esse Authorem Sumae
Confessionum, de qua diximus in Cod. XXV.

Cod. CXCII.

Chartae. Fol. loc. 15.

2
3.5.Alberti M.
Biblia Maria-
na.

1a-298

Alberti M. Biblia Mariana, in quibus
omnia fere, quae in sacris libris continen-
tur, B. V. Maria / superstitione discerit,
an ingeniose: / adaptantur. Initium ope-
ris est: "In principio creavit Deus Gen. 1^o
celum empyreum per quod intelligitur do-
mina mundi virgo maria". Cuius capi-
tulo praemittitur syllabus allegoriarum in
eo contentarum, s. g. Maria coelum, Maria
lux etc. In edit. Opp. Alberti M. Lugdun.
1651. Fol. post pag. 462 extat T. XX. De
authore huius operis dicit Quetif Script.
Ord. Predic. T. I. p. 177. "Tertium huius tomi
opus Biblia Mariana non recensetur inter
Alberti opera nec a Laurentio Signon, nec
a Valleoletano, nec quantum mihi sapit,
stylum redolet Alberti, eique abjicien-
tum etiam videtur: peribionem tamen
esto iudicium". Qui copiam habet consu-
lat de super Diarium Theolog. Synopsi:
Pampichler, Anno 1728. p. 561, et Fa-
bri Indiculum Marianum.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 191

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27528

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)